

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

256. Qualiter gradus magisterii in artibus, aut etiam Doctoratus in aliis
scientiis, quàm in jure Canonicō aut Theologia habeatur in consideratione
respectu beneficiorum Ecclesiasticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](#)

idem non esse graduatum, & esse nulliter graduatum. Azor. Garc. Castrop. *l. cit.*

Quæstio 255. Qualiter gradus Magisterii, Doctoratus, vel Licentie narratus pro obtinenda dignitate, vel beneficio justificari debeat?

Respondeo primò: eo ipso illum justificari, quod probetur obtentus in aliqua Universitate publica studii generalis, quia cum neque decretum Concilii, neque decretum appositum in supplicatione distinguat, sed loquitur universaliter de Universitatibus publicis, nec nos distinguere debemus unam Universitatem ab alia, sed qualibet Universitas gradum sufficientem conferre censenda est, nisi forte in limine fundationis aliter cautum esset, aut nationi alicui, vel Ecclesia ex speciali Pontificis privilegio aliter indulsum esset. Lott. *l. 3. q. 7. a. num. 139.*

2. Respondeo secundò: non solum probari, & justificari debet gradus narratus pro obtinenda dignitate, vel etiam beneficio, cui annexus, sed etiam dum narratus est pro obtinendo (intellige facilius) beneficio, pro quo non est necessarius, cum per hujusmodi narrativam videatur motus Papa ad providendum potius huic graduato, quam alteri. Lott. *num. 195.* Quamvis autem non sufficiat alias docere de hujusmodi gradu obtento auctoritate aliquis Comitis Palatini, aut alterius indulxari, cum supradicta Constitutio Pii V, non solum respectu dignitatum, sed etiam respectu carerorum beneficiorum elidat omnia induita, & privilegia, decernaque respectu omnium beneficiorum ita promoto non posse frui & gaudere prærogativa gradus, non videatur constituenda differentia inter dignitates & beneficia reliqua. Lott. *l. 2. q. 50. num. 16.* ex Soto *de justit. & iure*, *l. 1. q. 7. a. ult.* & Innoc. *in c. cum in cunctis de elect. num. 2.* licet autem non derur extrinsecus in aliquid in homine, quod defectum scientia supplet, v. g. dicitur nobilitas, ut Bald. *in l. in dando, ff. de tutor. & Curator.* Felin. *in c. ideo de scriptur. num. 7.* daturamen aliquid intrinsecum, v. g. caritas, adquaque hanc posse esse justissimam causam dispensandi cum illiterato, ait Lott. *a. num. 19. ubi num. 21.* affert plura hujus rei exempla promotorum absque omni literatura in sacerdotes & Episcopos ob extiam caritatem & sanctitatem. Licit probabilis ipes acquirendi sufficientem scientiam etiam non aequipollat facto, sufficere tamen pro justissima causa dispensandi, ait Lott. *ibid. n. 24.* ex Sayr. *in thesaur. l. 6. c. 13. num. 9.* & Abb. *in c. cum in cunctis. n. 4.*

Quæstio 256. Qualiter gradus Magisterii in artibus, aut etiam Doctoratus in aliis scientiis, quam in jure canonico, aut Theologia, habeatur in consideratione respectu beneficiorum Ecclesiasticorum?

Respondeo: tametsi ex consuetudine aut speciali statuto quarundam Ecclesiarum Collegiarum consideretur & requiratur in Ordine ad obtainendas in iis præbendas, seu Canonicatus Magisterium in artibus; quantum tamen est ex vi superioris decreti Tridentini potissimum ad dignitates, non habetur ratio alterius gradus, quam in Theologia aut SS. Canonibus, ita ut censeatur exclusum Magisterium in artibus. Lott. *l. 3. q. 7. num. 97.* ex Roman. *conf. 333. num. 7.* quin & parvus penditur Doctoratus in jure civili, usque adeo, ut mediocris Theologus, vel juris canonici Doctor præferatur supremo Doctori juris civilis tantum. Lott. *ibidem. num. 92.* ex Deci. *in c. Clerici. de judic. num. 45.* quod tamen ut idem Lott. *num. 93.* non tam provenit ex neglectu vel artium, vel juris civilis, sed quia & artes, & ipsius juris civilis scientia

includuntur in duabus Ecclesiasticis disciplinis, Theologica nimurum & Canonica, cum sine artibus liberalibus ad has scientias aspirare vanum sit, & Doctor in decretis parum aut nihil valeat, si ignoraret jus civile, multoque minus, ut addit Lott. *n. 95. juxta c. 1. de consang. & affinitate valent (quantum pertinet ad regimen Ecclesie)* Magister in Theologia, qui canonum decreta ignoret. Porro quis præferendus, dum in provisionibus Ecclesiasticis concurrant Theologus & Canista, de eo vide Lott. *a. num. 96.*

Quæstio 257. Quis dispensare possit, ut illiteratus valide eligi possit?

Respondeo primò: quoad scientiam necessariam de jure can. dispensare potest Papa, isque solus. Felin. *in c. at si Clericus. de judic. num. 21.* Suar. *d. 51. f. 1. num. 9.* Poterit nihilominus etiam Episcopus (quani vis id raro faciendum, cum defecetus scientie major censeatur, quam ex homicidio, Pass. *num. 54.* ex iusta causa conferre beneficium ei, qui parum scit, creditur tamen brevi tempore prefecturus, cum possit pro aliquo tempore in obligatione annexa beneficio dispensare. Castrop. *loc. cit. num. 12.* ex Azor. posse etiam cum penitus illiterato ex iusta aliqua causa dispensare Papam, tradit Lott. *l. 2. q. 50. num. 16.* ex Soto *de justit. & iure*, *l. 1. q. 7. a. ult.* & Innoc. *in c. cum in cunctis de elect. num. 2.* licet autem non derur extrinsecus in aliquid in homine, quod defectum scientia supplet, v. g. dicitur nobilitas, ut Bald. *in l. in dando, ff. de tutor. & Curator.* Felin. *in c. ideo de scriptur. num. 7.* daturamen aliquid intrinsecum, v. g. caritas, adquaque hanc posse esse justissimam causam dispensandi cum illiterato, ait Lott. *a. num. 19. ubi num. 21.* affert plura hujus rei exempla promotorum absque omni literatura in sacerdotes & Episcopos ob extiam caritatem & sanctitatem. Licit probabilis ipes acquirendi sufficientem scientiam etiam non aequipollat facto, sufficere tamen pro justissima causa dispensandi, ait Lott. *ibid. n. 24.* ex Sayr. *in thesaur. l. 6. c. 13. num. 9.* & Abb. *in c. cum in cunctis. n. 4.*

2. Respondeo secundo: quoad scientiam de jure natura, aut divino necessariam (qualiter scientiam aliquam necessariam esse ad curam animarum exercendam dubium esse non potest, quamvis de cetero dicat Lott. *loc. cit. num. 17.* verba illa DEI per prophetam: Tu scientiam repulisti, & ego terpellam, ne sacerdotio sanguis mibi: Non ad ius divinum, naturale aeternum ac immutabile, sed ad ius divinum positivum, & ex causa dispensabili esse, referenda) eti directè & absolute dispensare non possit Papa, potest tamen dispensare, ut ante scientiam jure divino necessariam promoveatur, dum certa spes est, fore, ut talis scientiam sufficientem acquiratur tempore, quo ea necessaria erit ad proprii officii usum. Suar. *loc. cit. num. 10.* Castrop. *loc. cit. num. 21.* Pass. *loc. cit.* & alii apud illum, Observat tamen apud Eundem Navar. raro vel nunquam dispensare solere Papam in defectu scientie, nisi per accidens, dispensando in arte, in qua nequid potest esse acquista scientia. Additque Suarez rarissime esse tantam dispensationem in arte, quae ad scientiam absolute necessariam non sit sufficiens.

PARA-